

Sigismundus primus rex Po:
lonie, Ludovico regi Hungarie et
Bohemie.

134

Serenissime princeps etc: Cum persuasi-
sum habeamus vestre maiestati cordies-
se, ut respublica christiana, et nos qui
pro bono illius statu arvas nostras
opponimus, quam optimis successibus
fruemur, significandum illi duximus
victoriam nostram, qua nos dominus
Deus his diebus consolari dignatus est.
Cum anno superiore imperator Turcorum
Tartaros instruxisset, ut nos continuo et
dominia nostra urgerent, ne regno Hun-
garie laboranti opem ferre possemus, et
milites nostri illos aestate et autumnus
acriter reprimerent, hyeme præter soli-
tum et omnem opinionem, magnis co-
pis et cum filiis imperatoris sui, oram
Lithvanie populosiorem per congelatas
paludes irrumpunt, perque pagos et oppi-
da dispersi, ingentem hominum et pe-
corum multitudinem capiunt, omnique
celeritate qua possunt abducant. Quem in-
opinatum casum accipiens capitaneus no-
ster illustris dux Constantinus, mox pro-
ares et milites quos potest, per nunti-
os et literas convocat, hostes paucos et

tenet

temporis incommoditate fractos, arte magis quam re vera persuadet, ut ad prosequendum illos magis excitaret, et quantum per alacritatem potest, circiter septem millia equitum cogit, eoque duntaxat comitatu, hostes multis diebus per solitudines et loca insua maxima incommoditate prosequitur, iamque prope stationes domesticas investigat, incautos et seuros alerrimo insultu vigesima septima Ianuarij adortur, et non ipsos solum, sed et eos, quorum ad octo millia equitum obviam illis ea stationibus domesticis prodierant, in fugam vertit, pugnantium et fugientium latissime ultra viginti millia sternit, septingentos primarios capit, hominum duntaxat quos rapuerant supra quadraginta millia sexas utriusque, non secus quam ex inferno redemit, qui invicem revincti, hostes qui deiciebantur, quique ad equos pervenire non potuerant, confodiunt, ingensque et incredibilis victoria solo optimi Dei beneficio comparatur. Inventa sunt et arma filiorum imperatoris, unde argumentum est, illos quoque cecos et trucidatos esse.

Hæc ut tumultuaria nobis per ipsum capitaneum, et alios duces ac proceres ecclesiasticos perscripta sunt, ita è vestigio vestre

maiestatis

maiestati significare volumus, nihil du-
 bitantes, quod pro suo erga republi-
 cam christianam amore, proque mutua
 benevolentia et coniunctione nostra, his
 hostis successibus ea animo gratulabi-
 tur, operamque faciet, ut pariter De ho-
 stibus nominis christianis et ecclesia
 sanctae catholica triumphos agat, quae
 felicissime valeat et nos diligat. Datund

